

Angers 5 (lat)

INCIPIT SECURITAS DE SUPERSALLICIONE HIC EST^a

Dum non est incognitum qualiter aliquos homo nomen **illi** aliquo homine nomen **illo** mallavit de res suas et ipse **illi** male ei exinde numquam fecisset, proinde ipsi **illi** ante bonis hominibus convenit, ut hanc epistola facere deberit, ut nullumquam tempore contra ipso agere non presumat. Quod si **illi** aut aliqua persona ad vicem suam ipsa causa resultare praesumpserit, soledus **tantus**, inter tibi et fisco conponere debiat' et quod repetit vindicare non valeat et hec securitas firma permaneat.

^aDE ... EST] Als Incipit zu Angers 6 umgeordnet Zeu

